LACTANTIUS

Oberitalien, 2. Drittel 15. Jh. (nach Wasserzeichenbefund) Seite 8v

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31239
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">

enarrare quisq; possit ob nimiam & inestimabilem pt̃atem. Dubitet vō
aliquis an quicq̃ difficile aut impossibile sit deo. qui tanta tamq; mirifica
opera prouidentia excogitauit. uirtute constituit: pfecit ratione: Nunc au
spiritu sustentet: potestate moderetur. inexcogitabilis. inestimabilis: & nulli
alij sanus notus: q̃ sibi: unde mihi de tanta maiestate saepius cogitanti:
qui deos colunt: interdum uideri solent. tam caeci. tam incogitabiles. tam
excordes. tam non multum mutis animalibus differentes: qui credant eos
qui geniti sunt maris ac feminae contra aliquid maiestatis diuinae aequi tu
tutis habere potuisse: cum Sybilla erubrea dicat

Non pōt ex uiri seminibus & matrice deus formatus esse.

Quod si est verum: sicuti est. apparet. Herculem. Appollinē. liberū. Mercurium. Jouem quippe cum caeteris hominibus fuisse: Qui sunt ex duobus sexibus nati: Quid est autē adeo tam remotum: q̃ id opus: quod ipse ad propagandam sobolem mortalibus tribuit: & quod sine subā corporali nullum potest esse: Dij ergo si sunt immortales aeterni: quid opus est alterno sexu: nimirum ut generentur. Ipsa progenie quid opus est: cum successione non egeat. qui semp sunt futuri: Nam profecto in hominibus caeteris q; animantibus diuersitas sexus & coitio & generatio nullam habet aliam rationem: nisi ut omnia genera uiuentium: qui sunt conditione mortalitatis obnoxia mutua possint successione seruari: Deo autē: qui est sempiternus: neq; alter sexus. neq; successio necessaria est: Dicet aliquis ut habeat uel ministros vel in quos ipse possit dominari: Quid igitur sexu opus est femineo: cum deus: qui est omnipotens: ut vocatur: sine usu & operi feminae possit filios procreare: Nam si quibusdam minutis animalibus id praestatur: ut sibi e folijs natos e suauibus herbis ore legant: cur existimet aliquis ipsum deum. nisi ex permixtione sexus alterius non posse generare: Illos igitur quos impiis. & insipientes tamq; deos & nūcupant & adorant: nemo est tā inconsideratus: qui non intelligat fuisse mortales: Quō ergo inquiet aliquis dij creditisunt: Nimirum quia reges maximi ac potentissimi fuerunt: ob merita uirtutum suarum. aut munerum. aut artium reperturū. cū cari fuissent his: quibus imperitauerant in memoriam sunt consecrati: & si quis dubitet res eorum gestas & facta considerare quae cum ūsi tum poetae q̃ historici uetere prodiderunt:-

Quibus ex causis hoīes dij vocati sunt.

VIII.

Hercules: qui ob uirtutem clarissimus & quasi affricanus inter deos habetur: non ne orbem terrae quem pagasse ac purgasse narratur: stupris libidinibus. adulteriis. inquinauit: Nec mirum cum esset adulterio genitus alcumenae: Quid tandem potuit in coelestem